

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

misere non potest teste. In diebus autem regno-
rum illorum suscitabit deus celi regnum quod
in eternum non dissipabitur: et regnum eius al-
teri populo non tradetur. Commuet autem et con-
sumet uniuersa regna hec: et ipsum stabit in eter-
num. Secundum quod vidisti quod de motu abscissus
est lapis sine manibus et comminuit testam et fer-
rum et es et argentum et aurum: deus magnus
ostendit regi que ueritas sint postea: et uerum
est somnium et fidelis interpretatio eius. Tunc
rex nabuchodonosor cecidit in faciem suam et
danielem adorauit: et hostias et incensum pre-
cepit ut sacrificaret ei loquens ergo rex ait danie-
li. Vere deus uester deus deorum est et dominus
regum: reuelas misteria: quoniam tu potuisti aperire
hoc sacramentum. Tunc rex danielē in sublimine ex-
tulit: et munera multa et magna dedit ei: et
constituit eum principem super omnes puincias ba-
bilonis et prefectum magistratum super cunctos
sapientes babilonis. Daniel autem postulauit a
rege: et constituit super opa puincie babilonis
sidrac misac et abdenago. Ipse autem daniel
erat in foribus regis.

Capitulum

in.



Abuchodonosor rex fecit statuam
auream altitudinis cubitorum sexa-
ginta latitudinis cubitorum sex: et
statuit eam in campo duram puin-
cie babilonis. Itaque nabuchodonosor rex ini-
it ad congregandos satrapas magistratū et iu-
dices duces et tyrānos et prefectos omnesque
principes regionū: ut conuenirent ad dedicatio-
nem statue que erexerat nabuchodonosor rex.
Tunc congregati sunt satrapae magistratus et
iudices duces et tyrāni et optimates qui erant
in potestatibus constituti et uniuersi principes re-
gionum: ut conuenirent ad dedicationem statue
que erexerat nabuchodonosor rex. Stabant autem
in aspectu statue que posuerat nabuchodonosor
rex: et pro clamabat valenter. Vobis dicitur
populis tribus et linguis: in hora que audieritis
sonitum tube et fistule et cythare sambuce et psal-
terij et symphonie et uniuersi generis musicorum
cadentes adorare statuam auream que constituit na-
buchodonosor rex. Si quis autem non prosternatur
adorauerit: eadem hora mittetur in fornacem ignis
ardentis. Post hec igitur statim ut audierunt om-
nes populi sonitum tube fistule et cythare sam-

buce et psalterij symphonie et ois generis mu-
sicoz: cadentes omnes populi tribus et lingue ado-
rauerunt statuam auream que constituerat nabuc-
hodonosor rex. Statimque in ipso tempore accede-
tes uiri chaldei accusauerunt iudeos: dixeruntque
nabuchodonosor regi. Rex in eternum uiue. Tu
rex posuisti decretum ut omnis homo que audie-
rit sonitum tube fistule et cythare sambuce et psal-
terij et symphonie et uniuersi generis musicorum
prosternatur se et adoret statuam auream: si quis au-
tem non prosternatur adorauerit mittatur in fornacem ig-
nis ardentis. Sunt ergo uiri iudei que constituisti
super opa regionis babilonie sidrac misac et ab-
denago: uiri isti contempserunt rex decretum tuum. De-
os tuos non colunt: et statuam auream que erexit
non adorant. Tunc nabuchodonosor in furore et ira
precepit ut adducerentur sidrac misac et abde-
nago. Qui confestim adducti sunt in conspectu re-
gis: pronuntiansque nabuchodonosor rex ait eis:
Vere ne sidrac misac et abdenago deos meos
non colunt: et statuam auream que constituit non ado-
rant? Nunc ergo si estis parati quecumque hora aus-
dierint sonitum tube fistule cythare sambuce et
psalterij et symphonie omnesque generis musicorum
prosternite uos et adorare statuam que feci: quod
si non adorauerint: eadem hora mittentur in fornacem
ignis ardentis. Et quis est deus qui eripiet uos
de manu mea? Respondentes sidrac misac et ab-
denago: dixerunt regi nabuchodonosor. Non
oportet nos de hac re respondere tibi. Ecce enim de-
us noster que colimus potest eripere nos de cami-
no ignis ardentis: et de manibus tuis o rex libera-
re. Quod si noluerit: notum sit tibi rex: quia
deos tuos non colimus: et statuam auream quam
erexit non adoramus. Tunc nabuchodonosor re-
pletus est furore: et aspexit faciem illi immuta-
tus est super sidrac misac et abdenago: et precepit
ut succederet fornas septuplum que succedi con-
sueuerat: et uiris fortissimis de exercitu suo iussit
ut ligaretur pedibus sidrac misac et abdenago mit-
teret eos in fornacem ignis ardentis. Et confestim
uiri illi uincti cum praesidiis suis et thyaribus et calceis
metis et uersibus missi sunt in medium fornacis ig-
nis ardentis. Nam iussio regis urgebat. For-
nas autem successa erat nimis. Postero uero il-
los que miserat sidrac misac et abdenago intes-
sit flamma ignis. Uiri autem horum tres id est sidrac
misac et abdenago ceciderunt in medio camino